

SCRIPTA

Numéro Scripta : 191

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 23

Auteur(s) : Goscelin, Bayeux (archidiacre)

Auteur(s) : Raoul de Russy [particulier]

Bénéficiaire(s) : Bayeux (église cathédrale)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1092, 7 mai

Lieu d'émission : Bayeux

Action juridique : échange

Langue du texte : latin

Analyse

En présence d'Odon Ier de Conteville, évêque de Bayeux, de tout le chapitre et de plusieurs laïques, l'archidiacre Gosselin et Raoul de Russy donnent à l'église cathédrale une terre située tout près du cloître.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., t. 1, n° XXII, p. 29-31.

Texte établi d'après a

Anno ab Incarnatione Domini Domini millesimo nonagesimo secundo, indictione quintadecima, epacta nona, nonis mai, die veneris scilicet post Ascensionem Domini, in capitulo Sanctæ Mariæ Baiocensis ecclesiae, presente Odone, episcopo ejusdem ecclesiae ; Guillelmo, decano ; archidiaconis Helgoto, Mauricio, Radulfo, Gozelino ; Tethardo, cantore ; Waltero, subdecano ; Rannulfo, filio Turstini ; Osmundo Luxoviensi ; Rogero, filio Gaufridi ; Rotselino Compendiensi ; Petro Italo ; Guillelmo Sapiente ; Rannulfo de Sancto Patricio, cum Johanne, filio suo ; Ebremario ; Rogero, filio Bosonis ; Dominico ; Henrico ; Guillelmo de Ros ; Conano ; Rotberto, subcantore ; Odone, filio Ogeri ; Radulfo de Monte Calvino ; Gotselino de Felgeroles ; Rogero de Ros ; Anschetillo de Sancto Vigore ; Radulfo, nepote ejus ; Osberto, nepote Osberti vicecomitis ; Osberto, filio Turstini ; Rogero, filio Erengarii ; Anfrido. His etiam laicis præsentibus : Herberto, dispensatore ; Johanne, nepote ejus ; Eudone Castel, cognato ejus ; Rotberto, filio Gaufridi ; Rogero, dapifero ; Guillelmo, filio Gorhan ; Gotselino, filio Hardradi ; Hugone, filio ejus ; Rannulfo, nepote ejus ; Hugone, filio Avundæ ; Rainaldo, genero Osulfi ; Gotselino, filio Erengeri ; Rotberto, fratre (?) ejus ; Rannulfo, filio Guimarc ; Guigero, filio ejus ; Gotselino, filio Conani ; Ricardo ; Adelaldo, camerario, multisque aliis quos longum est enumerare. Gotselinus, archidiaconus, et Radulfus de Russeio, cognatus suus, terram quam simul participabant, quæ est juxta claustrum, in qua fuit domus lapidea, dederunt Sanctæ Mariæ Odonique episcopo, ad opus cujuslibet canonicorum ecclesiae ; pro terra episcopus dedit, in scambio, Gotselino quandam terram suam quæ est inter terram illam ac domum suam, Radulfo vero, pro eadem terra, quietificavit quasdam terras quas Gotselinus sibi auferebat. Postea tamen, audito episcopo quod Radulfus eandem terram Rotberto succantori, cui eam dederat, calumpniatus fuerat, accusavit eum inde in camera sua. Qui se offerens,

etiam cum juramento, inde purgare, rursus, quarto kalendas julii, sicut prius concesserat in capitulo, ibi concessit, præsente Odone episcopo ; Herberto, dispensatore ; Gotselino, Hardradi filio ; Guillelmo Corvo ; Ricardo Sellario ; Roberto, filio Osberti ; Unfrido Dorstrehan ; Tethaldo, fratre Adelaldi ; Bernardo, filio Radulfi, filii Huelini ; Johanne ; Unfrido, magistro suo ; Vitali, cognato ejus ; Thoma, filio Erengeri ; Gaufrido, filio Ilberti ; Rogero, filio Guillelmi, filii Sunaldi ; Guillelmo, filio Serlonis ; Guillelmo, filio Liedselinæ ; Roberto de Tor ; scutario Adelaldi, camerarii.